



# Institutionum Hebraicarum, Libri duo

<https://hdl.handle.net/1874/456643>

2


INSTI  
TUTIONVM HE/  
braicarum, Libri  
Duo.

V. FABRITIO  
CAPITONE AVTORE.

CVM PRIVILEGIO  
Imperiali, ad Triennium.

Argentorati apud Vuolffium  
Cephaleum. Anno  
M. D. XXV.

1523.



HVLDERICHO  
VARNB V LERO, CAN  
cellario Regimenti Imperialis,  
Amico & fratri suo charissi  
mo. V. FABRITI  
VS CAPITO  
Gratiam & fœ  
licitatem  
optat.



Alue amice iucundissime,  
atque integerrime Hebreæ  
linguæ methodon, tibi pro  
liberis tuis fœlicissimis ef  
flagitati, haud grauatim suscepī descri  
bendam. Tametsi ad istud institutum  
opera mea non admodū necessaria, po  
tissimum hac tēpestate, uidebatur, qua  
libelli satis laboriose conscripti passim  
emergunt, è quibus quod satis est hauri  
re cōtingeret. Verum, quia plurimū re  
fert, præceptorē esse notum familiari  
ter, ut sum filiolis tuis familiarī cōuictu  
uel cognitissimus, putauī officij mei es  
a ij

se, ut tantillum temporis impenderem,  
quoad in ordinem cogerem eam syllā  
rei Grammaticæ, quam ex varijs Gram  
maticorum atque autorum commenta  
rijs, superiori anno cōportaueram. Nā  
ab aula reuersus, ad recognoscēdas lin  
guras me dedi. Atque utinam eodem pa  
riter cursu, quod reliquum erat laboris  
tum peregissim, ubi à lectione mihi ca  
lere uidebar, prodijset opus, si nō erro,  
cum minori molestia mea, & cū fructu  
lectoris lōge maiori. At mihi fatale est,  
**ut nouis semper tragœdijs, sese cōtinuo**  
**excipientibus, cogar præesse, quibus ab**  
**esse nullo licet, neque consilio, neq; in**  
**dustria, cum maxime sit & uoluntas &**  
**ratio q; diligentissime cauendī. Adeo q;**  
**factū est, ut fugitando aulicas occupa**  
**tiones, negotijs modo implicer uiliori**  
**bus, iuxta hominē, sed nihil minus con**  
**iunctis periculo, q; q; tibi imineat, cōiun**  
**cta sunt, q; es imperialis Senatus primus**  
**scriptor, & ueluti moderator, adeoque**  
**q; cōfictaris cū iogenijs diuersissimis, pa**  
**rūmque syncæris interim. Atque utinā**  
**in publicum tam profic malorum meo-**

rum moles, quam mihi priuato molestia  
esset, nisi ferendo fecissem leuiorem. Iā  
quia iterū promissi admones, iterū me  
requiris, ad scribenda Grammatica, me  
am operam, quamvis alieniore tempore,  
parebo tamē, ut hoc obsequio decla-  
rem animum erga te meum. Ad quam  
quidē rem plurimū incitat Senatus no-  
strī honestissimus ille conatus, nam hic  
meditant̄, si nescis, collegia trilingua,  
& bonarum literarum, atq; eloquentiae  
studia instituere, q experientia dide-  
rint, quemadmodum quotidie nos mo-  
nemus, inscitiam esse pestem pessimam  
Reip. matrēmque superstitionis, iuxta  
ac tyrannidis, cuius maleficij depræda-  
ta est ingluies Antichristi Germaniā,  
immo orbem totū, pietas extincta, pro-  
fligata humanitas, omnis īdole probi-  
tatis oblitterata, deperditaque est fundi-  
tus. Studio igitur sibi ducunt pruden-  
tissimi, pariter atque Christiani viri, ca-  
uere tuto, quo minus rex facierum labe-  
factatus, immo uictus à uerbo domini,  
receptis à stupore Germanorū uiribus,  
potentius quam antea irrumpat, grasse-

a ij

tur, depopuletūrç Christianismi rena-  
ti tenerum adhuc florem, hoc est, incho-  
atam spem salutis. Nam se reliquas Ref-  
publicas uel anteuersuras, nedū sequiu-  
turas in tam pio instituto, uehementer  
optant. Freti enim simplicitate & igno-  
rātia nostra, per libidinem omnia mol-  
lissimi isti impostores gesserūt, quibus  
est tanta nequitia, tanta uitę turpitudo,  
cum superbia & amentia coniuncta, ut  
eos non solum non ferret Augustus ali-  
quis Senatus, sed ne plebs quidem cras-  
sior, uel consuetudine colloquiōç suo  
dignaret, si prisca pietas aliquid loci etiā  
nū obtineret, cū scortatore .n. & auaro-  
ne cibis quidem sumendus est, si Paulo  
credimus, quid cum sacrilegis antichri-  
stis: menti entibus spiritui sancto, & di-  
centibus pax, pax, ubi non est pax: quid  
cum gloriofis adulteris, quid cum ma-  
nifestarijs pēdiconibus: quid cum scele-  
ribus & flagitijs istis obsecro: Et huius  
farinæ qs ignorat, plerosq; esse ppugna-  
tores antichristice immunitatis: Huius  
modi igit̄ contagioi uiā p̄sepit eruditio-  
p̄sertim sacra. Sed et Reip. detrimētosū

experimur, paucos è multis sapere, quo  
rum arbitrio si res dependet, popularis  
status in oligarchian, & hinc in monar-  
chian facile transit, cui proxime ad finis  
est tyrannis. Mediocrem igitur erudi-  
tionem, non solum populo optamus,  
sed etiam plebi & opificibus, uel aliquā  
tolatiorē desyderamus, uidelicet, ne q̄s  
ingenio, eruditione & usu præditus, spē  
queat concipere rerum nouarum, quam  
sibi imperitia multitudinis maiorem in  
modum impbi illi confirmant. Quāq̄  
nouare & q̄si refingere in melius, que in  
peius collapsa sunt, officij duxerim pro  
uidi magistratus, Promiscue qdem ple-  
bis impetu, nihil salubriter instituitur,  
quín optime instituta, licētia plebis po-  
tius conturbantur. Verum nobis in pri-  
mis cure esse debet, ne prætextu pietatis  
impius Antichristus iterum regnum oc-  
cupet, & sic nouissimus error primo fiat  
deterior. De statu reipublice conserua-  
do uiderint alij, quibus & otij & experiē-  
tiæ maior copia suppetit. Ad nos pro-  
prie pertinet circumundię cōmunire a-  
ditum, & obarcere à caulis Christi, di /

grassantes lupos. Nęq; alia ratio uideſ  
eos obarcendi, niſi ut uſus lectionis fa-  
cræ publicitus ualeat, confirmętq; for-  
midulosos, poſthabitis fabulis & barba-  
ris commentis papisticae impietatis, qui  
bus orbem captiuum tot iam ſæculis te-  
nuerunt, Alioqui paſſim emergentibus  
uentribus, qui quæſtum loco pietatis ha-  
bent, periculum eſt, iterum apertam ſim-  
plicitatem uulgi atrociter diuexandam,  
atq; enecandam fore, per ſæuos iſtos tor-  
tores conſcientiarum. Si quidem cauſa  
parandi uiuctus, pietate frigide ſimulant.  
Qui ſint aut reuera, non dubitant aperi-  
re, poſteaq; ad opinionem atq; exiſtima-  
tionem publicam, tanq; ad optatum finē  
contigerunt. Totum illis certamen eſt,  
ut abundant mundi commodis, neq; re-  
ferre putant, utrum ſis pius, ac bonus,  
an talis habeare, modo piorum bonis ac  
facultatibus ocioſe frui concedatur.  
Quanta posteritas gratitudine noſtrū  
Magistratum proſequetur: qui nobis  
commode admonentibus aurem præ-  
buit, & eloquentiæ ſcholas pias, iuxta  
ac literatas instituere gnauiter pergit.

ad eosq; initio paruisse, si ab odio anti-  
christianorum uacasset, quo dimouedo  
multum temporis consumpsimus. No  
credis mi Hulderiche, quanto pectore,  
qualibuscq; viribus, progredienti uerbo  
sint isti obluctati, & etiamnum oblucte  
tur. Et quo animo, nempe gladiatorio,  
miserorum alimoniae repugnarint, tan  
quam suae culinae, & sumptuoso ipsorum  
luxui decederet, quicquid sustinendé in  
opum uitæ accedit. Quot technis studu  
erunt efficere, ut labascientibus errori  
bus, ueritas Christiana, & nos huius af  
fertores, locum cederemus? Quid crimi  
nis in nos fingere illos dispuduit? Aliū  
ex uerbī ministris, adulterij reum defe  
runt, Alium adulterorum patronum, &  
ius facientem pro uoluntate libidinādi  
Alium loco panis domini, frustulentas  
rapas participantē præbuisse populo. A  
lium rejecto baptismo, circumcidere pu  
eros, Alium esse, aut furem, aut homici  
dam, aut patriæ proditorem. Ecquid in  
caput nostrum falso conferre unquam  
dubitauerunt? O' impietatem, o amen  
tiam stupendam. Consilium ne estuo/

bis Baalitis, quia nēq; uerbo, nēq; uiri-  
bus potestis, robustam ueritatem uobis  
q; terrificam, mendacijs, dolis, insidijs,  
malis artibus, euertendi? Clarior pro-  
fecto mentibus hominum lux ueri af-  
fusit, quam ut illam uestris istis nebulis  
atq; caligine tetra obscurare possitis, &  
ne in posterū quidem poteritis per Se-  
natum ante annum, & semestre, ab exor-  
dio inq; prædicationis nr̄e cautum fuis-  
set, nimirum instituendo pueris idone-  
os præceptores, nisi iniuria, ut dixi, ob-  
stinatio, uiolentiāq; uestra, qui pecunijs  
qui noxia potentum gratia, ipsi quoque  
potentissimi connixi, nihil non tenta-  
stis, quo remoram currenti uerbo inīce-  
retis. Atqui felicem illum diem, quo ui-  
dere dabitur, pubem Argentinensem li-  
teris probis, atque pietate iuxta erudiri.  
Eodem adiumento nutriemus, cum rei  
publice ciues integros & prudentes, tū  
Christo populum spontaneum, & à ser-  
uitute inutilium legum animorum libe-  
rum, quos in libertatem sua morte do-  
minus asseruit. Etenim erepto presidio  
nostræ incitiae, nullam sibi rem adiu-

mento fore ipsi norunt.. Dic dicerunt  
hactenus se parum gladio & igni, minis  
& terroribus aliquanto minus, ingenio  
nihil prorsus posse. Quid igitur super-  
est, quam ut pijs ac honestis doctrinis par-  
tam tueamur salutem? Cuius bona pars a  
cognitione linguarum dependet, quas hic  
quantum satis est, auctrice Iesu, excoleamus.  
semper optima perinde atque probissima  
teneris animis praesoluturi. Siquidem  
grauiores ethnici, ad firmius aetatis ro-  
bur, elegian atque comediam reserua-  
runt, Cur Christiani, priusquam in tuto  
mores fuerint, lasciva atque spurca, diu no-  
stris meditari adolescentiam pateremur?  
Quandoquidem eloquentia, tam probitate  
animos, quam elegantia linguam excolere, non  
inficere illecebris, non impudicitia pde-  
re, non corrumpere foedis cupiditatibus de-  
bet. Adeoque linguarum periti, quae res mino-  
ris uidetur periculi, ab inculpati quoque  
autoribus hauriendam censeo. Quae co-  
mentarijs grammaticorum adiuuat, quae etiam  
refert esse breues, dilucidos, eruditos,  
atque elegantes. Cuiusmodi non fallor, apud  
latinos eligere, promptum est. Ex grecis autem

grāmatīcis, plerīq; mecū p̄imās dāt Iō.  
Oecolampadio, uiro undecūq; doctissi-  
mo parī atq; integrērimo. Inter Hebrē  
os cōmētarios necdū usus pronūciāuit.  
Ad sanctā .n. lingua orbī inuehendā di-  
ligētē opā nō pauci nauarūt, q̄s i hoc sū-  
imitatus, ut nostrā pubē p̄ uirilī iuuare,  
aut certe ut illā ad sacrā lingua capescē-  
dā incēderē. Nā aliorū lucubratiōibus  
meas nugas nō præfero. tametsi q̄busdā  
uideor nonnihil ualere, ordine ac dis-  
positiōe, qua dote perspicuitas, & com-  
pendium, ingeniorum fidelissimę adiu-  
trices consistunt. Nam quatuor libris  
uniuersam uim Hebræe grāmaticā uī-  
deor mihi quodāmodo absoluisse. Pri-  
mus summā habet reliquorū. Secūdus  
uerba exactius prosequitur. Tertius no-  
mina per species docet & condeclinā,  
consignificatiuāque. Quartus aut̄ pun-  
ctorum, accentuum, totiūsc̄ prosodiæ  
rationem latissime describit. Nā quod  
superioribus annis elegātissimo iuueni  
Hartamanno Haluilerō inscrīpsimus,  
obliteratum uellem, tanquam projecti-  
cium fœtum, qui mihi laboriosus, & illi-

utilis extiterit. Siquidem grēco Homero, q̄ Hebræo Moysi, arctius ille constituit. Neglecta certe sacra mihi obscuro præceptorí suo, & istis meis commentarijs infœlicibus debet, sicut humanitatis copiam Petro debet Mosellano, q̄ in stitutore, in id fastigij literarū, quo nūc desidet, perusit. Priores autem duos libros in hoc nūc edo, ut sequentium duorum gustū lector capiat, quos non premā, ubi sensero bonis ac eruditis hosce non displicuisse, aut certe ubi scholē nostræ factæ fuerint paulo cōfirmatores, recens adhuc, atque adeo imbecille est, qd eius rei inchoauimus. Hos cemi Hulderiche liberis tuis dedico, ceu monumētum amicitiæ erga te parētem illis, & mihi fratrē indiuīduū. Quod em̄ glutinum inter nos fortius optabis, q̄ à me extare, quo pignora tua ad honestatē, & ad usum scripturæ erudiantur. Nam ut ès acris libris lingua hebraismo, ita p̄ etus p̄ba pietatis opinione imbuit. Ergo ne amor tuus in illos, & mea spes utrūque fallat, censeo opere p̄cium fieri, si abs te propediem abeant, commendati

probo alicui uiro, qui eos, ut sunt indo-  
le incomparabiles, ad uberiorem litera-  
rum atque morum frugem, commodis.  
Iaudatiunculis foueat euehātq;. Nidor  
paternī foci. pueriles ausus hebetat atq;  
eneruat. Et blanda nimis que officiosa  
p̄genitorū indulgentia magis impudē-  
tiā securi, quām animi ingenui libera-  
litatem nutrit. Vale in domino. Argen-  
tinæ. Sexto Kalendas Aprilis. Anno

1525.

## GREGORIVS CA- SELIVS.

Quisquis es ò sacræ studio qui forte teneris  
Linguæ, proprietas si tibi uera placet.  
Si cupis Hebrææ fontes guistare loquelæ  
Sermonis ratio quæ si et, atque modus.  
Hunc lege, quē scripsit librū Fabritius acris,  
Auro mutabis non, mihi crede, graui.  
Nanque alij uoces flectendi uerbāq; tantum  
Præscribūt formā, & grāmata sola docēt.  
At liber iste modum flectēdi uerba docebit.  
Vocum natuam uim simul expediet.

IOANNIS LONICERI Εὐχαισία  
pro immensis Dei beneficijs, nempe uerbo,  
linguarumq; dono. &c.

Sic Deus illuxit nobis tua gloria uerbi,  
Quo recreas fractum, restituisq; pium,  
Inlyta ne quenquam lateant mysteria prolis  
Sanguine parta tue, laus tibi summe parens.  
Hec patribus quondam divi cecinere Poete,  
Quos gente Hebreæa deligis ipse tibi.  
Deligis alme pater nostri scruator & author,  
Euolgent nomen undique in orbe tuum.  
Et quia difficile est arcana tenere fideles,  
Eloquij externi confidere hincq; notas,  
A ethere demittis præclara charisma lingue,  
Et qui retrogradum nos docuere logon.  
Candida quos inter fulget Capitonis amici  
Musa, uelut socias integra Calliope.  
Pro tibi muneribus tantis, corde, ore, serenus  
( Omnia cui parent ) nomen ad astra tuum;  
Laus, honor, imperium, regnum, decus atq; potestas  
Summe parens tibi sit, concinat omnis homo.  
Insuper & moneo, cui sunt coelestia curæ,  
Scripturæ sensum, quiq; tenere uoleat,  
Compareret hunc adamet librum, foueat, relegatq;  
Protenus hinc multo fœnore clarus erit.  
Πίμπα μὴν τι πλεύτρογχα μηχάνει χρύσος ἀρέτων  
Χειροί μικροί τρίχα, πρῶτα φέυγος ἔχει.

IΩΑΝΝΗΣ ΧΙΛΟΥ Θ.

Ἐβραίων γλώτταν βούλει πολλάκισθιδιάκτος  
Μαυθανέμῳ, Βίβλου τηνδόν ἀγόραξι ταχύ.

Ioannes Heruagius Iuuentuti  
bene agere.

Huc pueri celerate uiam, nunc discite sacrum  
Eloquium teneri, sic pia fata iubent.  
Expediet ueterem liberis, mil. i fidite, Mosen.  
Et quicquid Vates precinuerit Dei.  
Itc citi innumeras Capitoni soluere grates.  
Qui uobis ingens arte peregit opus:

i  
V. FABRITII  
CAPITONIS INSTI-  
tutionum Hæbraicarum.  
Liber Primus.



Dicitur sanctam linguam  
se praeceptore ad-  
discēdam, ex qua  
facili sexcursus ad  
omnia scriptura-  
rum mysteria pa-  
tet, presidio dupli-  
ci uidetur conni-  
tendum. Admira-  
tioe inquam ac dicitur  
ligentia. Illa quidem expetimus doctri-  
nam, expetitam autem hac ducē accura-  
tius peruestigamus. Diligentia dum re-  
cta incedit, magna spacia breui conficit.  
Nam humani ingenij uis ac potentia, ce-  
leritate ualeat, quam dispositio compen-  
dium perspicuitas adiuuat, doctrina ad  
humanitatem fingit, usus atque experien-  
tia indies, magis atque magis confirmat,  
ac molliorem parabilioremque reddit.

b

# CAPITONIS INSTI. HEB. DIVISIO.

IN hoc est autē summa negotiū huius. Princípio, ut legas, deinde ut quę lege ris intelligas. Lectio quidē tum elemen torum commoda coniunctiōe, tum coniunctorū apta pronunciatione constat. Intelligentiam autem usus conferendi assiduus, si aliqua rei grammaticæ peritia uiam prestruxerit, facile conficiet. Quare primo de lectiōe, & mox de per uulgatis ac prioribus præceptis grammaticę, atque interim tertio loco, de modo conferendi hebræa cum germanicis, hoc primo libro commētabimur. Quæ quidē, ut in subiecto indice promiscue tractabo.

Delectione aut de literis consonantib⁹ Caput.I.

De punctis uel uocalib⁹ Caput.II.

Quomodo ex literis & punctis syllabę, & ex syllabis uocabula constituantur. Caput.III.

De inuenienda radice, aut primitiō. Caput.III.

Tabula accidētaliū literarum. Ca.V.

De sex gradib⁹ uerbi & de prima con

# LIBER PRIMVS.

II.

iugatione actiua.	Caput. VI.
De passiuo & reliquis cōiugationibus.	Caput. VII.
De sex classib⁹.	Caput. VIII.
De nominib⁹ & consignificatiis.	Caput. IX.
De constructione, quantitate syllabarū & accentib⁹.	Ca. X.

## DE LECTIONE, AVT

de literis consonantibus.

Caput. I.

Elementa, quibus tanquā fundamen-  
to lectio n̄stitur, in consonātes & uo-  
cales uidentur diuidenda. Consonātes  
quidē, ut nunc sentio, sunt literæ om̄es.  
Vocales autem puncta forinsecus, aut  
supra, aut infra literas coherētia. Et hæc  
formæ illæ materiæ uicē obtinent. Qua-  
re de literis primū, deinde de uocalibus  
punctis, postremo de syllabarum atque  
uocum compositione præcipiemus.  
Viginti duas igitur literas siue spiriti-  
bus consonantes, quaténus ad lectionē  
rudi satí est paucis deliniabo. Anno-  
tandum tamen, hebræa cōtra morem la-  
tinorum à dexteris legenda uersus fini-

b ij

## CAPITONIS INSTI. HEB.

stram, hoc est, initium esse faciem ab ultima pagina & à fine supremi uersus, per gendo retrorsum, iuxta naturæ motum, cui principium à dextris tribuit Aristoteles.

Aleph, & nihil fermè sonat.

Beth, beth consonantem, & cum punctu lo in uentre b pollet.

Gimel ג, g.

Daleth ד, d.

He ḥ lenem flatum puncto uocali præ spirat, ut ḥ he. In fine silet, ut י. י.

Vaf, sub holem uacat ut ו lo. Alijs punctis preseruiens u consonantem, ut ז. ua. Cum punctulo uentrali ualet u uocalem, & nominatur ob strepentem sonitum schureck, ut ו karru. hinc diphongus fit, ut ו mitzui dissyllabū. Schureck præterea fit dagges subiecto uocali, ut ו mitzua dissyllabon.

Zain ז, sd. id est lene f. quemadmodum στα (Græcis,

Heth ה, h. si est ab initio dictionis, uocalem præaspirat, idq; durius quam ז. ut ו chai monosyllabon. Finalis autē uim pucti præcedetis, aut subiecti flatu clau

# LIBER PRIMVS. III

dit etiam acriore quam he ḥ soleat, ut,  
rf ḥ ach aach.

Iod ḥ, ualet i latīnum. Sed hīc nota regulas aliquot. Prīma. Iod litera uocali puncto uim consonantis i uel g præmit tit. ut ḥp̄ iacymu. Secūda. Posita per se idest sine punctis silet. ut ḥz̄ zadick. Hireck enim sub daleth positum, uocē i latīni reddit, & Iod uelut redundant. Tertia si media fuerit cum seuia, uocali literae præcedētis i uocalem commiscet ut ḥb̄ dissyllabon. Quarta. Quādo penultima litera kametz, patha, sureck, aut holem inspirat, tum iod finalis, absque punctis, præcedentis sonū in diphthion gum per i comprehendit. ut ḥihičn̄t̄r̄ mathai hai cinnui oi. Quinta. In monosyllabis iod secunda substancialis sine punctis posita cum patha primæ literæ, uocem ai diphthongi cōstituit, ut ḥz̄ baith iain monosyllabice. Similiter si finalem affixū excipit ut ḥz̄ deboraich, trium syllabarum, uerum libri recentiores hireck subscribunt.

Caph ḥ cum dages c. liberum, uel rapha tūch, sed omnino durius quam hech.

# CAPITONIS INSTI. HEB.

auribus afflat.

Lamed ɔ l.

Mem ɔ m.

Nun ɔ n.

Sāmach. o. robustum & clarum s. atque  
sigma σ Græcis.

Ain ɔ adiectum punctū ex gutture tor-  
quet, perinde ac si a uel g p̄mittas. אָין  
Aamora aut Gomora.

Pe ɔ ualet ph. & cum dages p.

Zadik ɔ cz.

Kuff ɔ k uel q. intentius ac durius quid  
dam quam ɔ .

Rees ɔ r.

Schin ɔ si cornu sinistro punctulū insi-  
det, ualet s ut ψ, si ī dextro sch ut ψ sch.

Taph ɔ th. & cum dages t ut ɔ t.

Ab hac prolatione, quæ est Hispanorū,  
Germani uariāt. Nam kamecz per o pu-  
rum & ɔ per s simpliciter sonāt, adeoq;  
equaliter uidentur reddere has literas,  
ר ו ז. Dicunt igitur Oleph Doles pro  
Aleph Da leth. &c. Quos ob uicinitatē,  
si uidentur, potius imiteris.

Ex his literis quinque sunt, quæ dum fi-  
nales esse debet, aliter formantur. Nam

# LIBER PRIMVS. IIII

inferne extenduntur. Sunt autem hæ  
quæ primum & medium locū,  
ut in illa figura, tantum obtinēt. Expli-  
catæ autem in longum dum superne in  
tegræ manent, in hunc modum fingu-  
tur § 9707. Et huiusmodi postremo tan-  
tum loco reperies, qua de causa finales  
nominantur. Horum signum est 9707.

Alia de literis quæ hic desyde-  
ras, require sub initium  
quarti libri.

b iiii

CAPITONIS INSTI. HEB.  
TABELLA, DE  
uirtute literarum.

He הָבָד	Daleth דָּת	Gimel גִּמֶּל	Beth בֵּת	Aleph אַלְפָה
Iod יְהֹוָה	Teth תֵּת	Heth הֵת	Zain זָהָן	Vaf, וָעָף, וְעָכָף.
samech סָמֵךְ	Nun נוֹן	Mem מֵם	Lamed לָמֶד	Caph כָּפֵחַ
Resch רָשֶׁךְ	Koph קָוֶה	Czade צָדֵה	Pe פֵּה	Aain אָהָן
o figura nihili li, declarat lite ram silere.				
	Taf תָּף		Schin שָׁנָה	

LIBER PRIMVS: V  
DE PVNCTIS VEL

uocalibus. Caput.II.

**V**Ocalis est, quæ se sola aut cōsonan-  
te assumpto syllabam propriæ con-  
ficit, ut a, ab. Vocalium autem potesta-  
tem Hebræi punctis referunt. Nam quas  
grammatici uocales nominant, nihil mis-  
tus sunt quam uocales. Imo ipsis mutis  
magis mutæ. Annota hic me uocalis ac  
puncti uocabulo promiscue uti.

Ergo pūcta duplicita sunt. Nouem sim-  
plicia, tria composita. Seua. n. punctum  
nominare libet. Nam curiosius in præ-  
sentia distinguere, ineptum duco. Sima-  
plicia sunt, quæ sequuntur.

- 1 Pathah - quod aperiat os pronuncian-  
tis, a clarum, ut ḥ a.
- 2 Kamecz ḥ robustū ac medium quiddam  
inter a & o. Sed legitur tribus locis per  
o simplex. Nam si duo cametz se conse-  
quuntur posterius o sonat, ut ḥ i baro.  
Similiter in monosyllabis ḥ col. & quā  
do ultimā polysyllabæ dictionis came-  
zatam, holem monosyllabæ uocis excis-  
pit ut i ḥ y ḥ ethmoch bo.
- 3 Zere ḥ e durum & integrum, quale

## CAPIT O NIS INSTI. HEB.

- in dictione, erat, pronūciamus ut  $\text{f}^{\text{f}}$  me.  
4 Segol  $\text{f}^{\text{f}}$  latum molle atq; ore aperto, si  
cut est in dictione, ergo, ut  $\text{f}^{\text{f}}$  me.  
5 Hireck  $\text{f}^{\text{f}}$ . ut  $\text{v}$  pi.  
6 Holem  $\text{f}^{\text{f}}$  quod puncti genus supra lis-  
teram solum ponitur, ut  $\text{v}$  mo.  
7 Schureck  $\text{f}^{\text{f}}$  quod aliqui melopum uo-  
cant, sed de hoc aliás.  
8 Kibutz  $\text{f}^{\text{f}}$  y mediū quiddam inter u & i  
ut  $\text{v}$  leymim.  
9 Seua  $\text{f}^{\text{f}}$  e obtusum ac uelut sibilum nari-  
um uelociter corrípit. At nostri fermè  
non legunt nisi initio & sub literis non  
combinabilibus. In fine autem semper  
silet. Quartus liber huiusmodi magis  
perspicua reddet.

Composita sunt hæc.

Hateph { patha  
kamecz } ut  $\text{f}^{\text{f}}$   
Segol  $\text{f}^{\text{f}}$

Nec prolatione differunt à simplicibus  
nisi quod ob præfixū seua raptim enun-  
ciantur.

Summa. Videris operæprecium factu-  
rus, si initio simplicissime puncta enun-  
ciabìs in hunc modum.

## LIBER PRIMVS VI

Hæc quatuor . . . . per a. Quatuor hæc . . . . per Hæc duo , per u uocalem. Hi reck per i, holem per o. Nam reliquam proprietatem postera dies, & usus diu- turnior facile suggeret.

DE DAGES,  
Raphe & mapick.

D Ages שׁוֹן punctulum est in uen-  
tre cuiuslibet literæ positum, quod  
eas aut intēdit, aut interim cōduplicat.  
Hæc quinque וְנַעֲמָנִים punctum dages non  
admittunt.

Raphe וְנַעֲמָנִים uirgula transuersa superlita  
literis וְנַעֲמָנִים significat suam literā re-  
mollitā, & ueluti aspiratione extensam  
esse, ut וְנַעֲמָנִים phi.

Mapik punctulum est intra וְנַעֲמָנִים literā aut  
sub ea positum, declarat relatiuum fœ-  
minini generis ut וְנַעֲמָנִים filius eius וְנַעֲמָנִים no-  
men eius. Ad pronunciationem autem  
nihil facit.

Hæc duo puncta: in linea posita perio-  
don, et sententiā perfectā, hoc signū. וְנַעֲמָנִים in  
fra literā, distinctionē, duo hæc pūctula  
: supra literam membrum declarat, Cur-  
sum orationis dīminutæ tamē cohībet,  
cuius uirtus à reliquis dependet.

**CAPITONIS INSTI. HEB.**  
**QVOMODO EX LITE-**  
ris & punctis syllabę, & ex syllabis uocabula constituantur.

Caput. III.

**E**X consonantibus & uocalibus syllabae fiunt, quae sunt duplices. Simplices inquam & composite. Simplices quidem uno elemento atque uno spiritu constat, ut t̄ a. Compositae autem spiritum unū cum literis duabus pluribūs uerē cōprehendunt, ut μι gog & γῆ marth.

**DE SYLLABA SIMPLICI.**

**V**T in unam comprehensionem litteras & puncta colligas nō est magnæ industriæ, si memineris initium à litera & finem soni à punto sumendum, excepto heth, quod in medio cū zere aut postremo loco quomodo libet positum flatum suum punto subiungere solet. Anima duerte hic nos uti his punctis.

Pro a. :-----

Pro e. :---

Pro u. ,

Nam simplicem atque cōmūnem legi dī rationem rudibus præscribo.

TABVLA SYL  
labarum simplicium.

VII

scha	v	ga	v	ch	ɔ	ua	ɔ	a	e	ɔ	ɛ
se	v	ge	v	ce	ɔ	ue	ɔ	e	i	ɔ	ɛ
schi	v	gi	v	ci	ɔ	ui	ɔ	i	o	u	ɔ
so	v	go	v	cho	ɔ	uo	ɔ	o	u	ba	ɔ
su	v	gu	v	chu	ɔ	vu	ɔ	u	ba	bɛ	ɔ
tha	ʒ	pha	ɔ	la	ɔ	za	ɔ	be	bi	ɔ	ɔ
tɛ	ɛ	pe	ɔ	le	ɔ	ze	ɔ	bi	bo	ɔ	ɔ
thi	ʒ	phi	ɔ	li	ɔ	zi	ɔ	bo	bu	ɔ	ɔ
to	ɔ	po	ɔ	lo	ɔ	zo	ɔ	bu	ga	ɔ	ɔ
thu	ʒ	phu	ɔ	lu	ɔ	zu	ɔ	ga	ge	ɔ	ɔ
		cza	ɔ	ma	ɔ	ha	ɔ	ge	gi	ɔ	ɔ
		czę	ɔ	me	ɔ	he	ɔ	gi	go	ɔ	ɔ
		czí	ɔ	im	ɔ	hi	ɔ	go	gu	ɔ	ɔ
		czo	ɔ	mo	ɔ	ho	ɔ	gu	da	ɔ	ɔ
		czu	ɔ	mu	ɔ	hu	ɔ	da	dɛ	ɔ	ɔ
		ka	ɔ	na	ɔ	ta	ɔ	dɛ	di	ɔ	ɔ
		ke	ɔ	nę	ɔ	te	ɔ	di	do	ɔ	ɔ
		ki	ɔ	in	ɔ	ti	ɔ	do	du	ɔ	ɔ
		ko	ɔ	on	ɔ	to	ɔ	du	ha	ɔ	ɔ
		ku	ɔ	nu	ɔ	tu	ɔ	ha	he	ɔ	ɔ
		ra	ɔ	fſa	ɔ	ia	ɔ	he	hi	ɔ	ɔ
		rę	ɔ	ſe	ɔ	ię	ɔ	hi	ho	ɔ	ɔ
		ri	?	ſi	ɔ	io	ɔ	ho	hu	?	?
		ro	?	ſo	ɔ	iu	?	hu	?	?	?
		ru	?	ſu	?						?

# CAPITONIS INSTI. HEB:

De syllaba composita.

Generalem litterarū ac uocalium uim, iuxta expositam rationem facile conſequeris pariterq; modum copulandi syllabas simplices. Nūc quo pacto compoſitæ fiāt, quæ una uocali, & duobus plurib; elementis existunt, ſic accipe. Duabus plurib; litteris, ad unū punctū medium collatis, neceſſe eſt, ut punctū medium ſonet, & conſonātes hinc & hinc terminent comprehenſionem, ut

ziz uaf hem dod gur baith ab  
בְּצִיר עַמְּדָה וְבָאֵת  
Obſerua in dictionis medio uel fine, ſeuia indicat, ſuam litteram eſſe ferē finem ſuperioris syllabæ, ut in dictione יְהֻרְעָם, ſeuia ſub ? declarat, pertinere ad præcedens ut יְהָ мар.

Vnum exemplum ascribam ex Deu. 6.

שׁׁעֲבֹד יְהֹוָה אֱלֹהֵינוּ וְאֶת־נַפְשָׁךְ : וְיִשְׂרָאֵל תְּהִלָּתְךָ כְּתָבְךָ וְכָל־גָּמָשָׁךָ, וְכָל־יְהֻדָּה: וְכָל־סְדָכָיָךְ  
בְּגָלָדָךְ שְׁרָגָנָךְ יְמֻנָּה קְוֹמָם פָּלָגָךְ: וְכָל־  
Hæc litteris nostris ſic

pingi poſſent.

Schemaa iſrael adonai elohenu, adonai chod: ueahabta eth adonai elohes

# LIBER PRIMVS. VIII

cha bechol lefafcha ufchol naphsche-  
cha, ufchol meodecha uehaiū hadefo-  
rim haelle ascher anochi meczafcho ha  
ñom aal Iefafecha. & cætera.

Refer te ad priora, & biduo aliquam le-  
gendi facultatem comparabis.

Nota <sup>q̄d</sup> nomen est hæbreis <sup>אֱלֹהִים</sup> <sup>אֱלֹהִים</sup>  
<sup>אֱלֹהִים</sup> quod nusquam legunt, sed huius  
loco pronunciāt adonai, quod quidem  
ad unum & uerum deum significandū  
usurpatur, cum ēlohim etiā hominibus  
tribui soleat.

## DE INVENIENDA

radice aut primitiō.

### Caput.III.

DE lectione hactenus, iam quæ le-  
gis intelliges, filum sequentis ra-  
tionisimitando. Hæbreā igitur, inter-  
pretationi, aut latinæ aut Lutheranæ,  
aut quod mallem utrique conferas, &  
quæ uarie redditasunt ad lexicon ali-  
quod omnino expende. Tum expetitā  
uocabuli illius significantiam inueni-  
es. Latina biblia ybis interim propius  
adheserunt, Lutherus autem uim atque  
energian, quod est eximiū interpretis of-

## CAP ITONIS INSTI. HEB.

ficiūm, quām fierī potest, optime reddi  
dit. Quod admoneo ne supersticioſius  
ex eo uerba, ut quidam solent, ueneris,  
& per calumniā uituperes, quod splen-  
didissime ab illo uersum est.

Atqui rudem ſepe numero fallit expe-  
ſatio, quod tu cauebis ſequentes cano-  
nes diligenter obſeruando.

1. Primitiua, quae illi radices nominant,  
ſunt ferē triū literarum & ſemper ter-  
tiæ personæ ſingularis numeri, tempo-  
ris præteriti in uerbis, ut  $\psi$ .
2. Vocabulo itaque polygrammaton in-  
cidente, quotquot literarum ternarium  
ſuperat ſegregato.
3. Ad quam rem iudicio opus eſt, ne for-  
te, quod relinquendum auferas, aut con-  
tra quod auferendum relinquis. Nota-  
bis igitur literarum omnium eſſe uiginti  
duas, quarum undecim quidem radicaleſ  
nominant, quod nunquā non ſint  
de radice & eſſentia primitiui. Vocan-  
tur autem radicaleſ, eſſentialeſ, ſubſtan-  
tialeſ aut naturaleſ. Undecim autem re-  
liquas ſubſeruientes uocant, quae alicu-  
bi, non ſunt de radice aut natura primi-

# LIBER PRIMVS. IX

tiui, sed accidūt forinsecus & famulan-  
tur ac subseruiunt, ad affectus gramma-  
ticos primitiuo afformandos, eoque ap-  
pellantur accidentales seruiles aut mi-  
nistræ &c. Radicales hac serie referun-  
tur. סְמִינָה עַתָּה. Subseruientes autē in  
hunc modum יְלֻחָה כְּבָשָׂת.

- 4 In primitiuo literis accidentalibus tria.  
loca contingūt. Primus est, ante primā  
substantialem, etiam si plures antecesse  
rint. Secundus intra primam & postre-  
mam. Tertius post ultimam,
- 5 Ex undecim seruilibus tres tñ in omni  
loco seruiles esse possunt. Nā quatuor  
huius comprehensionis סְמִינָה in medio.  
loco semper sunt essentiales. Et hæ qua-  
tuor סְמִינָה tam medio quam postremo  
loco essentiales tantum habentur, Er-  
go סְמִינָה principio tñ, סְמִינָה principio &  
fini, ubiqꝫ aut̄ p̄ accidētales esse possūt.
- 6 Omnes adiectiūx, possunt esse ubique  
naturales, ubi reiectis alijs ternarius ali  
quam accidentalem habet. ut סְמִינָה, am-  
putato enim he & uaf, relinquitur סְמִינָה  
dictio primitua, cuius literæ omnes ac-  
cidentales esse possunt.

## CAPITONIS INSTI. HEB.

- s A ternario quædam uerba unam aut alteram radicalem perdunt, quæ addenda erit, ut possis per lexicon super significantia edoceri. Primo autem loco decidunt nun̄, ut וְאַ בְּ uerbo וְאַ & iod וְ, ut וְאַ בְּ à uerbo וְאַ. Altero uaf, ut יְהִי à uerbo יְהִי. & tertio he וְ ut וְ à uerbo וְ. at que ultima geminata יְהִי à uerbo יְהִי ubi dages in literaboth וְ alterū beth abesse significat. Postremo, & quædam primā ac tertiam radicalem pariter perdunt, ut יְהִי percūtiam, à uerbo יְהִי percussit.
- 7 Summa inueniendæ radicis, uerborum defectiuorū, à superiore regula uidetur depēdere, iuxta quam sic agendum censeo. Quando circum amputatis accidentibus, duæ tantum literæ essentiales relinquuntur, tunc seruient à priore præcisam repete, ut יְהִי manet וְ ideo resume, loco primæ radicalis, & quære וְ item יְהִי manet וְ reddito in locū aleph fit וְ aut adde iod, ut יְהִי וְ supererit וְ resumpto iod, fit וְ aut præpone nun, si dagges in priore reperis, ut וְ וְ manet וְ præponito nun, fit וְ aut ad finem adde he וְ ut וְ וְ à וְ וְ aut posteriorē

## LIBER PRIMVS X

duplica, ut  $\beta\delta\sigma\tau$  manet  $\tau\omega$  cuius primitiū est  $\tau\tau\tau\tau$  aut uaf interponas, ut  $\tau\omega$  à uerbo  $\tau\tau\tau$ .

His rite obseruatīs haud facile hallucinaberis. Cae tamē, alterum & tertium librum ob id negligas, qui tibi proprietatem linguae sanctæ, quantum scio, luculenter expriment.

Fieri solet interim ut una tantum litera superfit, quam commode queas radicalem iudicare, tū capiti iod, aut nun, premitte, & fini he subiunge, ut  $\tau\omega$  à uerbo  $\tau\tau\tau$ . Vnū est huius generis, quod & nun à fine atque principio habet, ut  $\tau\tau\tau$ .

¶ Cæterū an bene egeris necne probabis ad fidem interpretis, cui uelut præeuntī plus tribuas necesse est, q̄ ruditati tuæ, q̄ neendum sufficit cognoscere certum.

## T A B V L A A C C I D E N T A

lium literarum. Caput. V.

Expletum est capite superiore, que nam literæ quibus locis à dictiōibus elementis abundatibus disputādæ sint, ut primitiū, quod tribus literis ferè constat, reperias. Iam demonstrandum est, quid quouis loco, quælibet earum,

## CAPITONIS INSTI. HEB.

dum seruīlis est, cōsignificet. Nam illis  
ūim grammaticæ declarant, utputa in-  
flectiones, deriuationes, accidentia, &  
affectus reliquos. Res diffusa est, & in  
multas diuulsa partes, quā nos ad ordi-  
nem atque ad compendium cogemus,

Enumerauimus autem, vnde cīm acci-  
dentes hac serie ۲۷۰۰۰۰۰۰, eadē nūc  
insistentes tanquam digito in tabella in-  
dicabīmus, quatenus uidelicet extra ra-  
dicē adminiculantur, unde & caput hoc  
tabulam accidētialium nominare libet.  
Neque curiosis atque subtilibus præce-  
ptis rudem īdolem onerabo, quod sci-  
am, non tam magnifica quām necessa-  
ria, primam postulare īstitutionem.  
Quod si in mentē induixeris, huiusmo-  
di orsum per usum assiduum altius īfi-  
gēdi, polliceor sanè, te hinc plus hebræe  
scientiæ duobus mensibus consecutu-  
rum, quām ego, à maleuolis istis præce-  
ptoribus magno conductis, uel duobus  
annis sum consecutus, qui mihi tamē ui-  
deor tum fuisse haud ignara opera, ne-  
que ingenio prorsus infœlici.

# LIBER PRIMVS. XI

Tabula literarum accidentalium.

Aleph, primiti loci tantum.

- 1 Aleph ad caput uerbi adiectū, futuri temporis primam personam singularis numeri generis communis facit ut ḥ̄r̄p̄. faciam. Aliqua interim nomina denominatiua sed pauca in eadē forma constituit. ut q̄r̄p̄ à uerbo q̄r̄.
- 2 Ponitur etiam ad finē, sed rarissime, loco finalis.
- 3 Alias semper naturalis est.

De Taph antecedente.

- 1 Taph radici adueniens, futurum constituit secundæ personæ masculini generis aut tertiam fœminini, ut ḥ̄p̄p̄. uisitabis uir aut. bit. mulier. Appēdice iōd fit secun. perso. fœ. ut ḥ̄p̄p̄. uisitabis mul. Appendix, uaf sureck facit secundam plu. masculi. ut ḥ̄p̄p̄. uiri uisitabit̄s. Appendix uero ab secundā & tertiam plus ralis, fœ. ge. ut ḥ̄p̄p̄. uisitabunt, b̄t̄s mulieres.
- 2 Constituit quoque nomen uerbale, ut ḥ̄p̄p̄ redargutio, à uerbo ḥ̄p̄ ḥ̄p̄ desiderium ab ḥ̄p̄.

De Taph medijs loci.

## CAPITONIS INSTI. HEB:

- 2 Antecedente autē, siue alia accidentalī, siue prima radicis, taph, nota erit uerbi hithpoal, qđ est reciprocę significatiōnis. Vide in quarta cōiugatiōe exēpla.

### De Taph subiunctiuo.

- 2 Taph ad finem aduēticā, cum kamecz quidem secun. pers. præteriti, ut **רָאַתְּ** dixisti tu uir. Cum seu autem fœ. ut **רָאַתְּ** dixisti mulier.
- 2 Mutatur ex he ᄀ terminatione partici-  
piorum, ut **רָאַתְּ** pro **רָאַתִּים**.
- 3 Et ex finali he nominū, tam essentiali  
quam accidētali demutatur, in constru-  
ctione uel affixis.
- 4 Est autem constructio, quando ab una,  
dictio altera dependet, & quasi guber-  
natur, ut **רָאַתְּ** in lege dñi. pro **רָאַתִּים**.
- 5 Affixū est litera appensilis uim prono-  
minis habens, ut **אֶתְּ** peccatum illorū  
pro **אֶתְּ** peccato. Nam he subiunctū no-  
men terminat.
- 6 He radicalis tertia, in fœminino genere:  
præteriti mutatur in taph, adiecto alte-  
ro he. ut **אֲתָּה** mascul. **אֲתָּה** fœm.
- 7 Deducta ex he finali nominū, assump-  
pto altero he, quasi dualem numerū con-

## LIBER PRIMVS. XII

st̄tituit. Sic Kimhi Psal.2. dicit ueteres; uocabulum ἐργασίᾳ exposuisse, de preſente atq; futura salute, quod omnis gemi-  
natio eius generis rem conduplicet.

- 8 πιterminatio pluralis foemini nige.
- 9 η & γι terminatio aduerbiū est & nomi-  
nisi adiectiū. ut γιττων γιγιττων.

### De Caph antecedente.

- 1 Caph ɔ præfixum radici ferè uim habet significandi similitudinem, & compa-  
rationem rei ad rem. ut כָּלֵבְנָדְכָרְבָּן qualis seruus talis est dominus eius. Eſaie.24.  
æquant enim dominus & seruus in im-  
pietate.
- 2 Quandoque modum numeri aut quan-  
titatis, quod nominant γιττων γι. De mo-  
dificando numero. Iosua.4. קָרְבָּן  
תְּלִקְבָּן quasi quadraginta &c. Item de  
quantitate. Nume.11. וְכָלְמָדְבָּן  
& quasi duorum cubitorum. Hinc est quod  
Pſal.51. קְרָבְנָה וְאֶתְמָדְבָּן 70 reddat.
- 3 Constituit etiam infinituum, sed quod ammodo præteriti temporis. Nume.11.  
וְכָלְמָדְבָּן & factum est postq; re-  
quieuiſſet. &c.

### De Caph subiunctivo.

## CAPITONIS INSTI. HEB.

- 1 Caphe finale cum kamecz mascu. gen. ut גְּתָיִעַס, cum Seua fœ. ut גְּתָיָא.
- 2 Præcedente segol sub litera penultima Caphe finale cum Raphe quidem, id est sine dagges, deriuatiuæ speciei est, ut גְּתָיֵב filij tui. At refert primitiuum secundæ personæ pūcto dages admoto ut גְּתָיֶב confitebor tibi.

### De Nun antecedente.

- 1 Nun , in primo loco, aut constituit primam personam plu. nu. utriusque generis, futuri, ut, עֲנָה custodiemus.
- 2 Aut uerbum passiuum, ut, עֲנָה custodus est, fit fœm. adiecta he ḥ, ut עֲנָה שָׁׁבֵן custodita est.
- 3 Aut nomen uerbale, ut עֲנָה saluator. Zacha. 9. cap.

### De Nun subiunctivo.

- 1 Appensilis nominis uel uerbo, relatiuum pluralis numeri fœ. generis significat, ut עֲנָה uerbum earum.
- 2 Est noīs quoq; deriuatio, ut עֲנָה כָּל.
- 3 Personis in infinitis causa euphoniam nun adiungitur ut עֲנָה pro עֲנָה.
- 4 עֲנָה finit plurale præteriti secundæ personæ fœminī generis, ut עֲנָה עֲנָה.

# LIBER PRIMVS. XIII

- 5. *u. me, nam nun redundant ut  $\text{יְהוּ}$ .*
- 6. *u. finit primam pluralem præteriti com. gen, ut  $\text{יְהוּ}$ .*
- 7. *u nostri præcedete uidelicet zere aut se gol, absque dagges, ut  $\text{יְהוּ}$ .*
- 8. *In eadem forma cum dages plerunque singularis numeri pronomen, ut  $\text{יְהוּ}$  projicit eum.*
- 9. *u uestrum fœ generis pluralis numeri.*

De He antecedente.

- 1. *He est loco articuli, plerunque genitius ut  $\text{יְהוּ}$ . & interim ociose præfixa est, etiam condeclinijs, ut  $\text{יְהוּ}$ , extra.*
- 2. *Declarat etiam rem aut actionem nō esse simpliciter dictā, sed cum epítasi aut cū nota emphaseos atque certitudinis, ut  $\text{יְהוּ}$  id uocat autores  $\text{יְהוּ}$  quia rem aut actionem non simpliciter & absolute, sed finite ac determinate demonstrat, unde proprijs nominibus nō quadrat.*
- 3. *Est & signum quæsituum, uel nota ad migrationis, quod nominis, appellationi, uerbo condeclineoque præponi potest,  $\text{יְהוּ}$ .*
- 4. *Characteristica est interim, tertiae cons.*

## CAPITONIS INSTI. HEB:

iugationis, & he cum taph, præuenientes pariter, radicem quartę coniugationis nota sunt. Vide infra.

- 5 Vīm obtinet articuli postpositū . ut **וְיַעֲשֵׂה** quis est hō qui uult uitā.

### De He subiunctiō.

- 6 Subiunctum he substātialibus, tam uerbi quam nominis fœmininū genus constituit, ut **וְיִהְיֶה**.
- 7 He ultima radicis, in taph transmutato & adiuncto altero he, fœ. **וְיִהְיֶה** sunt.
- 8 Verbis atque nominibus masculinis interim adh̄eret superuacanee, causa ut uideatur euphonie **וְיִהְיֶה** & pluries in distinctionibus aut periodis.
- 9 In pronominibus item abundat, ut **וְ** pro **וְ**.
- 10 Futuro atque imperatiuo similiter paralcon est, & adiecticia. ut **וְיִהְיֶה**.
- 11 Cum mappick id est punctulo inserto sic cut dagges, aut subiecto sicut hireck, res latium est fœminini generis. ut Hie. 3. **וְיִהְיֶה** uere sicut deficit à socia sua, qua forma, uice mappick kamecz assumit.
- 12 Nominibus proprijs aut communibus

# LIBER PRIMVS: XIII

Iocorum ac prouinciarum adiecta, motum ad locum indicat, ut **וְיָצַא** & Ioseph descendit ad Aegyptum, **וְיָצַא** & iuit ad haran.

- ¶ Tam substancialis, quam accidentalis he in nominibus participijs, & supinis in taph trāsit, dum ei dictio proxime astruitur.
- ¶ He finalis antecedente nun ut termi natio est uerbi futuri fœminini generis pluralis nu, ut **וְיִלְבֹּשׁ** custodietis aut custodient mulieres.

## De Mem præpositiō.

- ¶ Mem antelatū, partem de toto aut ali quid uel aliqua de multis significat. ut **וְיָמַר** de fructu ligni, item **וְיָמַר** De filijs naphtali, & de filijs zebulun.
- ¶ Est enim reiecto nun finali, decurtatum à consignificatiō **וְיָמַר** i cōcīrco hireck obtinet, proxime sequenti dagges infulcīto ad defectum significandum. Nisi uenerit ante gutturales uel Res, tunc cere habet.
- ¶ Significat in nominibus collationē & comparationem, nam præcedens adie-

## CAPITONIS INSTI. HEB.

ctiuum facit esse comparatiui gradus.

כְּנַחֲדָרִים וְהַבְּחַמְנוּ בָּבָם desiderabiliora auro.

¶ Hinc participia secundæ tertiæ quartæ & quintæ coniugationis, ob eandem augendi rationē formantur per Mem præpositiuum.

¶ Præpositum Mem infinitiuum aut gerundium constituit, ut זְרַבֵּי.

Mem o subiunctiuum.

¶ Mem finale o pronomen relatiū masculini ge. pluralis numeri tertiae personæ, o יְלָא guttur eorum.

¶ Et similiter o יְלָא & in plurali relatiū masculini generis significant.

¶ o יְלָא uestrī, masculini generis,

¶ o יְלָא præteritum pluralis numeri secundæ personæ.

¶ o יְלָא pluralem numerum nominis aut participij masc. generis, & in affixis abiicitur Mem, ut יְבִיכִיכָּם uerba uestra.

Schin v tantum præpositiuum.

¶ Schin uerbo nominī & consignificatio præfigitur, & ualet יְהִי, hoc est pronomen quis que qd, ut יְהִי שְׁתִּים uir qui. Item coniunctionem rationalem, quod uel ga. ut יְהִי שְׁתִּים שְׁתִּים;

וְכֹלֶל יְהִי שְׁתִּים שְׁתִּים;

# LIBER PRIMVS: XV

Necōtemplemī me quod ego sim de  
nigrata, quia me ambūssit. &c.

Lamed tantum præpositiūm.

1 Lamed nomīni aut cōsignificatiō sub  
stantiam referenti prefixum, motum ad  
eam significat ut יְמֵד ad domīnū meū,

2 Articulus est dativī casus, ut פָּנַת צְבָאָה אֶלְעָזָר  
& dicetis seruo tuo.

3 Quandoque uero genitiū, qui casus est  
possessiūs, ut רְשָׁעָה דְּמִינֵי domīni est ter  
ra. Item וְאַתָּה לְפָנֵי & וְאַתָּה לְפָנֵי Psalmus  
ipsius Dauid.

4 יְלֹא tibi יְלֹא mihi, orb illis, ubi וְ idest, uera  
bum substantiū est, fermē subauditur,  
quandoque additur. ut יְלֹא כִּי יְלֹא עֲזָבָה.

5 Valet quandoque propter, מִתְּחִזְקָה וְ  
dic mei gratia. &c.

6 Supinū uel gerundiū quasi futuri te  
poris, absoluit imperatiō præpositūm,  
ut יְלֹא.

Iod præpositiūm.

7 Iod præfixum uerbo, tertiae personae fu  
turi temporis nota est, ut יְלֹא יִשְׁעָה cu  
stodiet custodient.

Iod mediū loci.

8 Inserta post alteram substantialem no-

## CAPITONIS INSTI. HEB.

ta est uerbi uel participij terriæ coniugationis, ut קְרֵבָה.

\* Eadem forma, constituit nomine adiectivum, ut קְרֵבָה.

\* Quandoq; uero nomen substantivum, ut שִׁבְתָּה: קְרֵבָה uindemia, senectus.

Iod subiunctivum.

\* Ad finem positum subiecto puncto hic reck, ualet me meus meus meum, ut יְהִי deus meus. Et kamecz siue patha inspirante proximam præcedentem, facit nomine principale esse pluralis numeri, ut יְהִי uerba mea. Et in affixis masculinis sic punctatur, ut יְהִי oculi tui, de masculo, in femininis autem sic, יְהִי oculi tui, de sponsa dicitur, in canticis.

\* Ipsí iod finali nun præmittit, gratia prohibendi hiatus, ut יְהִי sana me.

\* Ponit etiam loco he tertia radicis יְהִי ab וְ.

\* Quod si taph præcedit, ut יְהִי terminatio erit, aut primæ personæ præteriti, ut יְהִי, aut affixum pronomiale, nominis in lieferè exeuntis, quod in taph transmutatum est, ut יְהִי peccatū meum, tum enim ultimam acutā habet, sicut in uerbo pen

# LIBER PRIMVS. XVI

ultimā psal. 51. עַתָּה נִגְרַעַנִי . Item יְתִיר עֲבֹדֶת . Item יְתִיר עֲבֹדֶת peccauī domīno. Exo. 10. Sed hæc propriē ad quartum librum attinent.

- 5 Terminat etiā secundam personā fœminī generis, tum futuri, ut קְרֵבָה cui stodiet mulier, tū imperatiui, ut קְרֵבָה audi filia.
- 6 Subscripto zere pluralem masculinorū finit, ut בְּנֵי uerba tua. Nam zere loco hireck nota est abiecti mem finalis.
- 7 Superuacanee adiicitur, post לְ & כְּ præpositiones בְּלִיכְמָה . post taph terminacionem pluralis numeri. סְבִבְקִים nam iōd epenthesis ociosa est. Item post secundam personam præteriti fœminini generis si Mem o affigitur בְּלִיכְמָה אַיִלְלָה , nec in fossatis eos repperisti. Hieremie. 2. Nam seuia in hireck mutatur.

## Beth præposituum tantum.

- 8 Beth præpositum nominī, quandoque cum, ualeat, adeoq; uim habet septimi casus, idest ablatiui instrumenti, quod hebreis dicit beth auxiliij, quod uelut opitulāte illare actus pficiat, ut בְּלִיכְמָה בְּלִיכְמָה

## CAPITONIS INSTI. HEB.

arcu & gladio meo. Sic intelligendum  
hoc psalmi קָרְבָּן מִשְׁעָן אַתָּלְפָּנָם in domino fa,  
q.d.in auxilio domini.

- 2 Item,in,intra, בְּצֵאת יְהוָה in terra ægypti.  
Et סְעֻדָּה in ligneis uasis.
- 3 Valet prepositionē per, עַל יְמִינָה per hoc  
cognosces.
- 4 Videtur denique cohærentiam propin  
quitatēmque significare,ut יְמִינָה וְיְמִינָה ad  
herebit in uxore sua. כְּלֹמֶד בְּמִזְבֵּחַ attigit in  
montem.
- 5 Gerundij uel supini constitutiua est, &  
fermè præteriti temporis. ut יְמִינָה cum  
inuocarem,uel in inuocando me.

### Vaf præpositiuum.

